

Ex impositione venit. Hanc. l. 3. 2.
4. 3. idem est de instrumentalitate
signi, sic. quod naturali signif. opponit

Et, inq. quomodo Adamus Gen.
ita tria rebus imponere potuit,
postmodum etiam Eva statim intel-
ligeret, si illa naturaliter apta fi-
rent ad id significand. quod ipse
significare voluit. R. Deu vocum
suum signif. tum Adamo quam Eva
in fuisse, ut docet Augustin. l. 1. c.
de Gen. c. 16.

206

Lib. II. Cap. I.

g. *currit* non absolute significat cursum vel actum currendi, sed cum tempore, nempe praesenti: nomen autem h. m. cum tempore non significat.

9. Nota 1. Aliud est, significare tempus, aliud significare cum tempore: vox dicitur significare tempus, quando illud denotat & significat tanquam primarium suum significatum, e. g. haec nomina, *dies, hora, mensis, annus* significant tempus, quia certum temporis spacium tanquam primarium significatum denotant: significare autem cum tempore est praeter primarium significatum tantum connotare aliquam temporis differentiam, e. g. *currit*, significat cum tempore, quia praeter principale significatum, nempe actum currendi, connotat tempus praesens. Cum nomen dicitur significare absque tempore, sensus non est, quasi nunquam significet tempus, oppositum enim ostendunt adducta nomina: Sed, quod nomen non consignificet tempus, h. e. quod praeter principale suum significatum non connotet tempus aliquod, vel aliquam temporis differentiam.

10. Nota 2. Differentiae temporis sunt du-
plices, primariae ut *praesens, praeteritum & futu-
rum*; secundariae ut *tempus matutinum, meri-
dianum, vespertinum*: Cum ergo dicitur nomen
significare sine tempore, non ita est accipien-
dum, quasi nullo modo significet cum tem-
pore